

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fama h
cum fonte primo

Melius est de perpetua uita quam de fama cogitari.

Nostra enim post mortem non opuscula sed opera sunt pensanda,

quia si aliquid agimus, nostrum est; si quid habemus, alienum est.

Cassiodorus libro VIII.

Sed, quod fatendum est, talibus studiis anterior aetas iuste uacabat seu, quod est uerius, occupabatur;

modo tempus est seria legi, seria scribi

deque perpetua uita potius quam memoria cogitari

nimumque meminisse

nostra post mortem non opuscula sed opera pensanda.

Quae quidem ad praesens non ita loquor,

quasi tu non utraque laudanda conficias aut,

si adhuc durat in sermone laetitia, non custodiatur in actione censura,

sed ut qui Christo fauente clam sanctus es,

iam palam religiosus ueneranda iugo salubri colla partier

et corda subdare inuigiletque caelestibus lingua praeconiis,

anima sententiis, dextra donariis: praecipue tamen dextra donariis,

quia quicquid ecclesiis spargis, tibi colligis;

ad cuius exercitia uirtutis illud uel principaler te poterit accendere,

quod inter opes quaslibet positi quae bona stultis falso uocantur,

si quid largimur nostrum, si quid habemus, alienum est.

Sidonius Apollinaris, *Epistolae*, 8.4.3-4 (A. Loyen ed., vol.3, p.90).